diem cretionis non creverit: ideoque etiam si constituerit nolle se heredem esse, tamen si superfuit dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo heres fieri potest. §. 31. Cretio autem vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris [1], in qua adjiciuntur hæc verba, *Quibus scieris, poterisque.* Continua [2], in qua non adjiciuntur. §. 32. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur, quibus scit se heredem institutum esse, & potuit cernere. Ei vero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur quibus [3] ignoravit se heredem institutum, aut scivit, sed non potuit cernere. §. 33. Heredes aut [4] instituti dicuntur, aut substituti; instituti, qui primo gradu scripti sunt: substituti, qui secundo gradu, vel sequentibus.

§. 34. Heredes scripti sunt, veluti [5]: *Titius heres esto, cernitoque in diebus proximis centum quibus scieris, poterisque. Nisi ita creveris, exheres esto: tunc Mævius heres esto, cernitoque in diebus, & reliqua.* Similiter & deinceps substitui potest. §. 35. Si sub imperfectam [6] cretionem heres institutus sit, id est, non adjectis his verbis [7], *Si non creveris exheres esto:* sed si ita [8], *si non creveris, tunc Mævius heres esto:* cernendo quidem superior inferiorem excludit: non cernendo autem [9], sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum. Sed postea Divus Marcus constituit, ut & pro herede gerendo, ex [10] asse fiat heres. Quod si neque creverit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, & substitutus ex asse fit heres.

TIT. XXIII.
QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPUNTUR [11].

§. 1. Testamentum jure factum infirmatur duobus modis, si ruptum [12] aut irritum [13] factum sit. §. 2. Rumpitur testamentum mutatione, id est, si postea aliud [14] testamentum jure factum fit: item agnatione [15], id est, si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet, exheredatus sit.

§. 3. Adnascitur suus heres, aut [16] agnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in [17] locum sui heredis succedendo: velut nepos mortuo filio, vel emancipato: aut manumissione, id est, si filius ex prima fecundave mancipatione manumissus, reversus sit in patris potestatem. §. 4. Irritum [18] fit testamentum, si testator capite diminutus [19] fuerit, aut si jure facto testamento nemo extiterit heres. §. 5. Si is qui testamentum fecit, ab [20] hostibus captus sit, testamentum ejus valet: si quidem [21] reversus fuerit, jure postliminii, si non [22] ibi decesserit, ex lege Corneliana, quæ perinde successionem ejus confirmat, atque si in civitate decessisset.

§. 6. Si [23] septem signis testium signatum [24] testamentum, licet jure civili ruptum vel irritum factum sit, Prætor scriptis heredibus juxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator & civis Romanus, & suæ potestatis cum moreretur fuit, quæ bonorum possessio cum re, id est, cum effectu habetur, si nemo alius jure heres sit. §. 7. Liberis [25] impuberibus in potestate manentibus tam natis quam posthumis, heredes substituere parentes possunt duplici modo: id est, aut eo quo extraneis, ut si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat: aut proprio jure, id est, si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint, substitutus heres fiat. §. 8. Etiam exheredatis [26] filiis substituere parentibus licet. §. 9. Non aliter impuberi filio substituere quis heredem potest, quam [27] si fibi quis heredem instituerit, vel ipsum filium, vel quemlibet alium. §. 10. Milites quomodocunque [28] fecerint testamenta, valent, id est, etiam sine legitima observatione. Nam principalibus [29] constitutionibus permissum est illis, quomodocunque vellent, quomodocunque possent, testari. Idque testamentum quod miles contra juris regulam fecit, ita demum valet, si vel in [30] castris mortuus sit, vel post missionem intra [31] annum.

TIT. XXIV.
DE LEGATIS [32].

§. 1. Legatum est, quod legis modo, id est, imperative [33], testamento relinquitur. Nam ea quæ precativo modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. §. 2. Legamus autem quatuor [34] modis, per vindicationem [35], per damnationem [36], sinendi modo [37], per præceptionem [38]. §. 3. Per vindicationem [39] his verbis legamus, *Do, lego, capito, sumito, sive habeto.* §. 4. Per damnationem [40] his verbis: *Heres meus damnas esto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo.* §. 5. Sinendi [41] modo ita, *Heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibique habere.*

§. 6. Per præceptionem [42] sic, *Lucius Titius illam rem præcipito.* §. 7. Per vindicationem legari possunt res quæ utroque [43] tempore ex jure Quiritium testatoris fuerunt [44], mortis, & quando testamentum faciebat: præterquam si pondere, mensura, numero continentur: in his enim satis est, si vel mortis duntaxat tempore fuerint ex jure Quiritium. §. 8. Per damnationem omnes res, legari possunt, etiam [45] quæ non sunt testatoris, dummodo tales sint, quæ dari possint. §. 9. Liber homo, aut res populi, aut sacra, aut religiosa, nec per damnationem legari potest: quoniam [46] dari non potest. §. 10. Sinendi modo legari possunt res propriæ testatoris [47] & heredis ejus. §. 11. Per præceptionem legari possunt res, quæ etiam per vindicationem. Si ea res quæ non fuit utroque [48] tempore testatoris ex jure Quiritium, per vindicationem legata sit, licet jure civili non valeat legatum, tamen senatusconsulto Neroniano firmatur: quo cautum est, ut quod minus pactis [49] verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo jure legatum esset. Optimum [50] autem jus legati per damnationem est. §. 12. Si duobus eadem res per vindicationem legata sit: siquidem disjunctim, singulis in solidum [51] debentur: si vero conjunctim, velut *Titio & Sejo, hominem Stichum do, lego*, jure civili concursu partes fiebant. non concurrente altero pars ejus alteri adcrescebat. Sed post legem Papiam Poppeam, non capientis pars caduca fit. §. 13. Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem conjunctim [52] singulis partes debentur, & non capientis pars jure civili in hereditatem remanebat, nunc autem caduca fit: quod si disjunctim [53], singulis in solidum [54] debetur. §. 14. Optione autem legati, per vindicationem data, legatarii electio est, veluti, *Hominem optato, eligito.* Idemque est, & si tacite [55] legaverim, *Titium* [56] *hominem* [57], *aut decem heres meus dato:* hominem dare heredis [58] electio est. §. 15. Ante heredis institutionem legari non [59] potest: quoniam & potestas testamenti ab heredis institutione [60] incipit. §. 16. Post mortem heredis legari non potest [61], ne ab heredis herede legari videatur: quod juris civilis ratio non patitur. In mortis autem heredis [62] tempus legari potest: velut *cum heres moriatur* [63]. §. 17. Pœnæ [64] causa legari [65] non potest [66]. Pœnæ autem causa legatur: quod coërcendi [67] heredis causa relinquitur, ut faciat quidem aut non faciat, non ut legatum pertineat: utputa hoc modo, *Si* [68] *filiam tuam in matrimonio Titio conlocaveris, decem millia Sejo dato.* §. 18. Incertæ [69] personæ legari [70] non [71] potest: veluti, *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonio conlocaverit, ei homini tot millia dato.* Sub [72] certa tamen demonstratione incertæ [73] legari potest, velut, *Ex cognatis meis qui nunc sunt, qui primo ad funus meum venerit, ei heres meus illud dato.* §. 19. Neque ex falsa demonstratione [74], neque ex falsa causa [75] legatum infirmatur. Falsa demonstratio [76] est, velut, *Titio fundum, quem a Titio emi, do, lego*, cum fundus a Titio emptus non sit. Falsa causa [77] est, velut, *Titio, quoniam negotia mea curavit, fundum do, lego*, ut [78] negotia ejus nunquam Titius curasset. §. 20. A [79] legatario legari non [80] potest. §. 21. Legatum ei [81] tantum dari potest, qui [82] extraneus est. Ideoque filio familiæ heredi instituto, vel servo, neque a patre, neque a domino legari potest. §. 22. Heredi a [83] semet ipso legari non potest. §. 23. Eisqui in potestate [84], manu [85], mancipiove [86] est scripti heredis, sub conditione legari potest: fed requiritur, ut quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit.

§. 24. Ei cujus in potestate, manu, mancipiove est heres scriptus, legari non [87] potest. §. 25. Sicut singulæ [88] res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest: ut puta, *Mævius heres meus cum Titio hereditatem meam partito* [89] *dividito:* quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem & alia pars, velut tertia vel quarta legari: quæ species Partitio [90] appellatur. §. 26. Usufructus [91] jure civili legari potest earum rerum, quarum salva [92] substantia utendi fruendi potest esse facultas, & tam singularum rerum, quam plurium, id est, partis [93]. §. 27. Senatusconsulto [94] cautum est, ut etiamsi earum rerum, quæ in abusu continentur, ut puta vini, olei, tritici, ususfructus legatus sit, legatario res tradantur cautionibus [95] interpositis, de restituendis eis, cum ususfructus ad legatarium pertinere desierit. §. 28. Civitatibus [96] omnibus, quæ sub imperio Prætoriani [97] sunt, legari [98] potest: ibique a Divo Nerva introductum, postea a Senatu, autore Adriano [99] diligentius constitutum est. §. 29. Legatum quod datum est, adimi [100] potest, vel eodem testamento, vel codicillis [101] testamento confirmatis: dum tamen eodem [1] modo adimatur, quo modo datum est.

§. 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi [2] si jam die legatorum cedente, legatarius decesserit. §. 31. Legatorum [3] quæ pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem jure, ex mortis testatoris tempore: per legem autem Papiam Poppeam, ex apertis [4] tabulis testamenti: eorum vero quæ sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit. §. 32. Lex Falcidia jubet, non plus quam dodrantem [5] totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans [6] integer apud heredem remaneat. §. 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non [7] est.

TIT. XXV.
DE FIDEICOMMISSIS [8].

§. 1. Fideicommissum est, quod non civilibus [9] verbis, sed precative relinquitur: nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. §. 2. Verba fideicommissorum in usu fere sunt hæc [10], *Fideicommitto, peto, volo dari*, & similia. §. 3. Etiam nutu [11] relinquere fideicommissum in usu receptum est. §. 4. Fideicommissum relinquere possunt, qui [12] testamentum facere possunt, licet non fecerint. Nam intestatus [13] quis moriturus, fideicommissum relinquere potest. §. 5. Res per fideicommissum relinqui possunt, quæ [14] etiam per damnationem legari possunt. §. 6. Fideicommissa dari possunt his, quibus legari potest.

§. 7. Latini Juniani [15] fideicommissum capere possunt, licet legatum capere non possint. §. 8. Fideicommissum & ante [16] heredis institutionem, & post [17] mortem heredis, & codicillis, etiam [18] non confirmatis testamento, dari potest, licet legari non possit. §. 9. Item Græce [19] fideicommissum scriptum valet, licet legatum Græce scriptum non valeat. §. 10. Filio qui in potestate est, servove heredibus institutis, seu fi his legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quamvis [20] ab eo legari non [21] possit. §. 11. Qui testamento heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii restituat, quamvis [22] ex directo heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis, rogari potest, vel ut hereditatem totam, vel ex parte alii restituat, quamvis [23] ex directo heres institutus est, codicillis etiam non confirmatis codicillis possit. §. 12. Fideicommissa non per formulam [24] petuntur, ut legata: sed cognitio est Romæ quidem Consulum, aut Prætoris, qui fideicommissarius [25] vocatur: in provinciis vero, Præsidum [26] provinciarum. §. 13. Pœnæ [26] causa certæ vel incertæ [27] personæ ne quidem fideicommissa dari possunt. §. 14. Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus (puta) quam dodrantem, restituere rogatus est, ex Trebelliano [28] senatusconsulto restituit, ut ei & in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. Lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatusconsulto restituit, vel [29] deducta parte quarta, ipse qui scriptus est heres, hereditatem restituat, & in ipsum actiones conserventur, is autem qui recipit hereditatem, legatarii loco habeatur. §. 15. Ex Pegasiano senatusconsulto restituta hereditate, commoda & incommoda hereditatis communicantur [30]. Inter heredem, & eum cui reliquæ partes restitutæ sunt interpositis stipulationibus ad exemplum partis [31] & pro parte stipulationum. Partis [32] autem & pro parte stipulationes proprie dicuntur, quæ de lucro & damno communicando solent interponi inter heredem & legatarium partiarium, id est, cum quo partitus est heres. §. 16. Si heres damnosam [33] hereditatem dicat, cogetur a Prætore adire & restituere totam, ita ut ei & in eum qui recipit hereditatem actiones dentur, perinde atque si ex Trebelliano senatusconsulto restituta fuisset: idque ut ita fiat, Pegasiano senatusconsulto cautum [34] est. §. 17. Si quis in fraudem tacitam [35] fidem accommodaverit, ut non capienti fideicommissum restituat, nec quadrantem eum deducere Senatus [36] censuit: nec caducum vindicare ex eo testamento, si [37] liberos habeat. §. 18. Libertas [38] dari potest per fideicommissum.

TIT. XXVI.
DE LEGITIMIS HEREDIBUS [39].

§. 1. Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent, primum [40] ad suos heredes, id est, liberos qui in potestate sunt, cæterosque qui in liberorum loco sunt. Si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est, fratres & sorores ex eodem patre. Si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est, cognatos virilis sexus, per mares descendentes, ejusdem familiæ: id enim cautum est lege XII. Tabularum: *Ac si intestatus* [41] *moritur, cui suus* [42] *extabit* [43] *heres, nec adgnatus proximus familiam* [44] *habeto.* §. 2. Si defunctus [45] sit filius ex [46] altero filio mortuo, jam nepos unus, vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet: non ut in capita dividatur, sed ut [47] in stirpes, id est, ut filius solus mediam partem habeat, & nepotes quotquot sunt alteram dimidiam. Æquum est enim nepotes patris sui loco succedere, & eam partem habere, quam pater eorum si viveret, habiturus esset. §. 3. Quamdiu suus heres superatur [48] heres fieri posse, tamdiu [49] locus agnatis non est: velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit. §. 4. Adgnatorum hereditates dividuntur in [50] capita, veluti si sit fratris filius, & alterius fratris duo [51] plureve liberi: quotquot sunt ab utraque parte personæ, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant. §. 5. Si plures eodem gradu sunt agnati, & quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint, decesserint: eorum pars adcrescit [52] his qui adierint. Quod si nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur: quoniam in legitimis [53] hereditatibus successio non [54] est. §. 6. Ad fœminas ultra [55] consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororive legitima heres fit. §. 7. Ad liberos matris intestatæ hereditas ex lege XII. [56] Tabularum non [57] pertinebat: quia fœminæ suos heredes non habent. Sed postea Imperatorum Antonini [58] & Commodi oratione in Senatu recitata, id actum est, ut sive in manu [59] conventione, matrum legitimæ hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, & reliquis adgnatis. §. 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim [60] Tabularum non [61] pertinet: sed si jus liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex Senatusconsulto Tertulliano [62], si [63] tamen ei filio neque suus heres sit, quive [64] inter suos heredes ad bonorum possessionem a Prætore vocatur: neque pater ad quem lege hereditas, bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. Quod si soror consanguinea sit, ad utrasque [65] pertinere jubetur hereditas.

TIT. XXVII.
DE LIBERTORUM [66] SUCCESSIONIBUS VEL BONIS.

§. 1. Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos [67] heredes pertinet: deinde ad eos quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni. §. 2. Si sit patronus, & alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet. §. 3. Item patroni filius patroni nepotibus [68] obstat.

§. 4. Ad liberos patronorum, hereditas defuncti pertinet, ut in capita [69], non in stirpes dividatur. §. 5. Legitimæ hereditatis jus, quod ex lege duodecim Tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TIT. XXVIII.
DE POSSESSIONIBUS [70] DANDIS.

§. 1. Bonorum possessio datur aut contra [71] tabulas testamenti, aut adversus [72] tabulas intestati. §. 2. Contra [73] tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis [74], testamento præteritis [75], licet legitima ad eos non pertineat hereditas.

§. 3. Bonorum possessio contra tabulas liberis tam [76] naturalibus, quam adoptivis datur. Sed naturalibus quidem emancipatis: non tamen & illis, qui in adoptiva familia sunt. Adoptivis autem, his tantum, qui in potestate manserunt. §. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere [77] patribus [78] suis qui in potestate manserunt, bona, quæ moriente patre habuerunt, se collaturos. §. 5. Secundum [79] tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolit. §. 6. Etiamsi jure civili non valeat testamentum, forte quod familiæ mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit, non [80] minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur. §. 7. Intestati datur bonorum possessio per septem gradus. Primo gradu liberis: Secundo legitimis heredibus: Tertio [81] proximis cognatis: Quarto familiæ [82]: Quinto patrono, patronæ, liberisve patroni, patronæve: Sexto viro, uxori: Septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. Si nemo sit ad quem bonorum possessio pertinere possit: ast si quidem, fed jus fuum omiferit: populo bona deferuntur ex lege Julia caducaria [83]. §. 8. Liberis [84] bonorum possessio datur, tam his qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis: item adoptivis, non tamen etiam in adoptionem datis. §. 9. Proximi cognati [85] bonorum possessionem accipiunt, non solum per fœminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite deminuti. Nam licet legitimum jus agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent. §. 10. Bonorum possessio

1 Legitima & utilis. de cujus effectu vid. §. 22. *in fin. J. eod.* 2 Et hoc ideo quod in Institutione vulgari cretionis hæc verba adjunguntur, quibus fideris poterisque. §. 27. & 31. §. *eod.* §. 34. J. *eod.* 3 In continua cretione dies curunt ignoranti: in vulgari non aurunt. 4 *l. 1. ff. de vulgar. & pup. substitut.* Paul. 3. *sent.* 4. §. 27. 5 Formula heredis scribendi. 6 Imperfecta cretio, quoties non expressim exheredatur, sed alius ejus loco instituitur. 7 Formula perfectæ cretionis. 8 Formula imperfectæ cretionis. 9 Nota veterem differentiam cernendi & pro herede gerendi. Qui cernebat, excludebat inferiorem: qui pro herede gerebat, in partem admittebat substitutum. 10 Qui pro herede gerit, ex asse fit heres.

11 *Lib.* 28. *ff.* 3. §. 1. *Inst. quib. mod. tesp.* 12 §. 2. J. *eod.* 13 §. 4. J. *eod.* 14 Alio *l. 1. ff. de injusto:* fed potteriore testamento prius rumpitur. §. 2. & 3. *Inst. quib. mod. test.* §. 2. *Inst. de lit.* 15 Vid. §. 3. J. *eod.* 16 Quibus modis quis alteri agnatur, v. *l.* 3. *ff. de injusto.* 17 *l.* 13. *ff. de injusto.* 18 *l.* 6. §. 5. *ff. de injusto.* 19 §. 4. *Inst. quib. mod. test.* 20 *d.* §. 5. 21 Fictione postliminii fingitur in civitate semper fuisse, qui rediit. Fictione vero Cornelia fingitur quis capitivitatis suæ tempore decessisse. 22 Si vero, ita legendum videtur. 23 §. 4. *Inst. quib. mod. test. am.* 24 *l.* 12. *ff. de injusto.* 25 Vide *Inst. de pupillari substit.* 26 *l.* 1. §. 2. *ff. de vulgar. & pup.* §. 4. *Instit. de pupillari substit.* 27 *d. l.* 1. §. ult. §. 5. *Inst. de pupill. substit.* 28 *verf. nuncupa enim modo & §.* 1. *Inst. de testam. milit.* 1. 1. *ff. de testamento militis.* 29 Julii Caesaris, Titii, Domitiani, Nervæ, Trajani. *d. l.* 1. 30 §. 3. *Inst. de milit. test.* 31 *d.* §. 3. *verf. & quod in castris in fin. l.* 21. *ff. de testam. milit.*

32 Vid. *L.* 2. *Inst.* 20. Cajus 2. *tit.* 5. §. Harm. 18. 33 Imperativa verba, directa, Directo Heredem facio, instituo; *l.* 14. *C. de testament.* Eadem civilia dicuntur. *l.* 7. *ff. de vulgari & pup. substit.* opponuntur precaria inflexis, & obliquis fideicommissariis, quæ ἐν παρεκβάσεσι, de quibus vide Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. 34 §. 1. *Inst. de legat.* 2. Cajus 1. §. 1. 35 §. 3. J. *eod.* 36 §. 4. J. *eod.* 37 §. 5. J. *eod.* 38 §. 6. J. *eod.* 39 2. Cajus 1. §. 2. *Inst. de legatis:* Paul. 3. *sentent.* 6. §. 3. & 7. 40 2. Cajus 1. §. 3. 4. §. 6. §. 2. *Inst. de legat.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 3. & 10. 41 2. Cajus 2. §. 7. §. 2. *fin. ff. de legat.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 11. 42 2. Cajus 5. §. 8. & 2. *Inst. de legat.* Paul. 3. *sentent.* §. 6. hoc & prælegatum dicitur & præcipuum, Sidonius 6. *epistol.* Illud autem deleri tibi quodam, ut Jurisconsulti dicunt, præcipui titulo. 43 §. 11. J. *eod.* 44 Et ita per vindicationem res aliena relinqui non potest. 2. Cajus 1. §. 3. 45 Id est, alienæ. 2. Cajus 1. §. 3. 46 Quod dari non potest, per damnationem relinqui non potest. 47 2. Cajus 1. §. 7. *verf. nam & prædia.* 48 §. 7. J. *eod.* 49 Id est, solemnibus & conceptis. Cicero *pro Roscio Comœdo.* Non enim ex pactione verborum, quibus jusjurandum, comprehenditur. Arnobius *contra Gentes*, quam cum pactionibus adjunxit & formulis, vide Cujac. *tit.* 50 Nempe quia laxum & expeditum est. Sic optimum jus usurarum. *l.* 1. *C. de usuris.* optimum jus possessionis. *l.* 26. §. 1. *ff. de pignoribus.* 51 Singulis partes debentur. Cui. 52 2. Cajus 1. §. 5. 53 2. Cajus 1. §. 6. 54 Hoc innuit in legato per vindicationem disjunctim facto singulis partes deberi: in damnationis legato, singulis solidum deberi. Vid. Paul. 3. *sent.* 6. §. 3. *in fin.* 55 Id est, non data optione. 56 Tito, *Cujac.* ita emendat. 57 Homine. At si ita heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est. Cui. *hic.* 58 Homine per damnationem legato, electio est heredis. *l.* 45. §. 1. *ff. de legat.* 1. per vindicationem, legitimi *l.* 37. *in prin. ff. de legat.* 1. Similiter in legatis disjunctivis electio est legatarii, legatorum vindicationem. *l.* 94. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 23. *ff. de legat.* 2. heredis, si per damnationem. *l.* 43. *in fin. ff. de leg.* 2. 59 Paul. 3. *sent.* 6. §. 2. hodie potest §. 34. *Inst. de legat.* 60 *l.* 1. *in fin. ff. de vulgar. & pup. subst. l. ult. ff. de jure codicillor.* 61 Paul. 3. *sent.* 6. §. 6. Hodie potest §. 33. *Inst. de legat.* 62 Et fine. Paul. 3. *sent.* 6. §. 6. 63 Morietur. Paul. *d. loco.* 64 §. 36. *Inst. de legat. l. un. C. de his, quæ pœnæ nomin. l.* 1. *l.* 3. *ff. de his, quæ pœnæ causa.* 65 Et fideicommitti *tit.* 24. §. 13. J. *eodem.* 66 Hodie poterit. 68 *dict.* §. 36. 69 Paul. 3. *sent.* 6. §. 13. 70 Ut & testator, fideicommitti. *tit.* 25. §. 13. 71 Hodie potest §. 25. *Inst. de legatis.* 72 Dicto §. 25. *verf. sub certis vero demonstrationes.* 73 Id est, ex certis personis incertæ. *d. verf. sub certis.* 74 §. 30. *Inst. de legat. vid. l.* 33. *ff. de condit. & demonst.* 75 §. 31. *Inst. de legat.* *l.* 72. §. 6. *ff. de cond. & demonst.* 76 Falsa demonstratio quid. 77 Falsa causa quæ. 78 Cum negotia. 79 *Inst. de singulis reb. per fideicom. relict.* 2. Gajus 9. 7. 80 Hodie potest *l.* 69. *l.* 91. §. 4. *ff. de legat.* 1. *l.* 2. *in fin. C. comm. de legatis.* 81 Ab eo. Cujac. *hic.* 82 Qui ex sua persona heres est. Ideoque &c. Cui. *hic.* 83 *l.* 18. *l.* 34. §. 11. *l.* 116. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 34. §. 1. *in fin. ff. de legat.* 3. 84 Si filius familias. vide *tit.* 5. §. 10. 3. *eod.* 85 Ut uxor, vid. *tit.* 9. 3. *eod.* 86 Ut servus, vid. §. 22. *Inst. de legat.* 87 *tit.* 24. §. 12. J. *eod.* aut id mutatum est *l.* 25. *ff. de legat.* 1. aut expungenda negatio. 88 V. *Inst. de singul. reb. per fideicom. relictis.* 89 Partito, dividito. 90 De partitione dixi ad *l.* 164. §. 1. *ff. de verb. signif.* 91 Vid. *ff. de usfr. & usufr. legato.* §. 1. *Inst. de usufructu.* 2. §. *ff. de usufructu.* 92 Hoc enim usufructus definitione continetur. *Inst. de usufructu. l.* 1. *ff. de usufructu.* 93 *l.* 13. *ff. de usufructu & quemad.* 94 Vid. *l.* 1. *ff. de usu & usufructu leg.* 95 *d. l.* 1. *in fin.* Dixi ad *l.* 122. *ff. de legat.* 1. 96 Populi Romani, ut in *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 97 Populi Romani, ut in *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 98 An hereditas relinqui? v. *tit.* 22. §. 5. *suprad.* 99 Quidam emendant Maroo, ex *l.* 20. *ff. de reb. dubiis.* Non male tamen videtur legendum post, Senatusconsulto ut & Paulus *libro singulari de senatusconsulto* scribit in *l.* 26. *ff. ad SC. Treb.* 100 Vid. *Institut. de adempt. legator. ff. de adimend. legat.* 101 *Inst. de adempt. legat. in pr. l. gen.* §. 1. *ff. de adimend. legat.*

1 Nihil hodie interest, an contrariis verbis, an quibuscunque fiat. *Inst. de leg.* 2. V. *tit. ff. quando dies legator.* 3 Legati conditionalis, post eventum conditionis: puri vel in diem antiquo jure, a morte testatoris: ex lege Papia, ab apertis tabulis dies cedit. Hodie jus veteris fequimur ex regula Cotomiana, quæ ad novas leges, 10. *dit. in fin.* Ham & Papiam non pertinet. *L. ult. ff. de regul. Catonian.* 4 *l.* 42. *ff. de hered. inft.* *l.* 31. *l.* 104. *ff. de condit. & demonst. l. ult. ff. de mortis causa donat.* 5 Vid. *l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* 7 Imo est *l.* 2. *l.* 3. *ff. de cond. indeb.* Sed aut hæc negatio abundat, aut hic agitur de legato damnationis. §. *ult. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. aut certis personis solutio.* 8 §. *in fin. Inst. de legat.* 9 *l.* 7. *ff. de legat.* 10 Adde Paul. 4. *sent.* 1. §. 6. *ff.* §. *ult. Inst. de jure patris reb.* 11 *l.* 21. *ff. de legat.* 3. *l.* 22. *C. de fideicom.* Nutu quæ fieri possunt, dixi ad *l.* 52. *ff. de obligat. & action.* 12 Qui testari potest, fideicommittere potest, dixi ad *l.* 2. *ff. de legat.* 1. 13 Paul. 4. *sent.* 1. §. 4. dixi ad §. 10. *Inst. de fideic. hered.* 14 22. §. 8. §. 9. §. *eodem.* 15 De quibus, v. *tit.* 3. §. *eod.* 16 Quod olim non fuit in legato *tit.* 24. §. 15. §. *eod.* 17 Quod olim non fuit in legatis *tit.* 24. §. 8. §. *eod.* 18 2. Gajus 7. §. 9. Paul. 4. *sent.* 1. §. 10. 19 Dixi ad *l.* 11. *ff. de legat.* 3. 20 Et in eo differt fideicommissum a legato. 21 *tit.* 24. §. 24. 22 Codicillis etiam confirmatis heres institui non potest: quamvis iisdem confirmatis restituendi fusio comprehendi utiliter possit. 23 Id est, codicillis, vid. *tit.* 19. §. 16. *fuprs. eod.* 24 De prætore fideicommissario, adde *l.* 3. §. 3. *ff. de orig. jur. l.* 78. §. 6. *ff. de leg.* 3. *l.* 92. *ff. de cond. & dem. l.* 4. *in fin. ff. quibus ad libert. l.* 2. *C. qui potior.* 25 Vid. §. 2. *Inst. de leg.* 26 In eo fideicommissa olim etiam non differebant *tit.* 24. §. 17. §. *eod.* 27 In eo quoque olim conveniebant fideicommissa & legata. *tit.* 24. §. 18. §. *eod.* 28 Vid. *Inst. de fideic. her. & ad SC. Treb.* 29 Legendum est, *et.* 30 Communicantur, inter &c. 31 §. 6. *Inst. de fideicom. her.* 32 Stipulationes partis & pro parte, *quid.* 33 Vel luspectam. *d.* §. 6. *verf. sed si recusatus scriptus heres.* 34 *d. verf. sed si.* 35 De qua dixi ad *l.* 103. *ff. de leg.* 1. 36 Senatusconsultum Plancianum intelligit, de quo vid. *l.* 59. *in fin. ff. ad l. Falc.* 37 Si ex liberis existat. ita legendum est, idque satis indicat titulus 18. *eod.* 38 Vid. §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideicommissf. relict.*

39 Id est, de hereditate ab intestato 4. *Instit.* 1. 40 §. 1. *Inst. de hereditatibus ab intestato:* dixi ad *leges* 12. *Tabularum lib.* 2. 41 *l.* 9. §. 2. *ff. de liber. & posth.* 42 *l.* 7. *ff. de bonis damnatorum.* 43 Nec extabit heres adgnatus &c. *ita legi oportet.* 44 *l.* 195. *in fin. ff. de verb. fign.* 45 Legendum est, *defunctis.* 46 Et ex altero, ita legi oportet. 47 Adde *l.* 3. §. ult. *in fin. Inft. de hered. ab intest.* dixi ad *leges* 12. *tabul. lib.* 2. 48 *lege* 3. *ff. si pars hered. l.* 30. §. 1. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 1. §. *in fin. ff. unde legitimi.* 49 Venter, feu posthumus agnatus definiti excludit. *l.* 26. *ff. de statu hom.* 50 Dixi ad *Novell.* 118. *c.* 3. *in fin.* 51 *d. c.* 3. adde §. 4. *Inst. de legit. adgnat.* 2. Cajus 8. §. 3. 52 §. *ult. Inst. de SC. Orphitiano.* dixi ad *l.* 9. *ff. de fuis & legit. hered.* adde Paul. 4 *sent.* 8. §. *ult.* 53 Secus in hereditatis *l.* 2. *C. de successorio edicto.* 54 Jure Justiniani hodie tis fuccessio est. §. *ult. Inst. de legit. adgnat. fuccess.* nam & in legitimis tutoribus est fuccessio. *l.* 3. §. 9. *ff. de legit. tut.* 55 Idque jure civili & lege Voconia institutum. Paul. 4. *sent.* 8. §. 3. De lege Voconia, vide Cujac. *ad tit. Inst. de l. Falcid.* 56 Dixi in notis ad XII. *Tabul. l.* 2. 57 *Inst. de Senatusconsulto Tertyll. & in pr. de Senatusconsulto Orphitianno.* 58 Adde *l.* 9. *ff. ad SC. Tertyll.* 59 Vide *tit.* 9. §. *eod.* 60 Dixi ad *leges* XII. *Tabul.* 61 *Inst. de Senatusconsulto Tert. in pr.* 62 Vid. §. 2. *Inst. de Senatusc. Tertyll.* 63 Quando mater succedat filio. 64 Ut emancipatus. 65 Vid. *l.* 2. *C. Th. de secund. nupt.*

66 *L.* 3. *Inst.* 3. 67 *Inst. de successf. libert. in pr.* 68 *l.* 23. §. 1. *ff. de bon. libert. in pr.* 69 Dixi ad *l.* 23. *in fin. ff. de bon. libert.*

70 *L.* 3. *Inst.* 10. *L.* 17. *ff.* 1. 71 Vid. §. 2. J. *eod.* 72 §. 5. J. *eod.* id est fecundum. vide 20. §. 14. §. *eod.* 73 §. 3. *Inst. de bonor. possif. & L.* 17. *ff.* 4. *L.* 6. *C.* 18. 74 Imo & fuis, five fint naturales, five legitimi, five posthumi. §. 3. J. 75 *d.* §. 3. 76 *l.* 1. *ff. de bonor. possf. contra tabul.* 77 *l.* 1. §. 9. *ff. de cellat.* 78 Fratribus. 79 V. *tit. C. de bonor. possif. secund. tabulas. ff. si tabula testamenti exhibeant:* adde §. 3. *verf. secunda. Inst. de bonor. possif. & L.* 6. *C.* 12. *de bonor. possif. secundum tabulas.* 80 *tit.* 23. §. 6. *fuprs. eod. l.* 2. *C. de bonor. possif. secund. tabul.* 81 Tertio decem personis quas extraneo manumissori præferebat, vide §. 3. *Inst. de bonor. possif.* fed hoc fuccessio hic omittitur. 82 Tanquam ex familia: *d.* §. 3. vel ut ibidem legit Cujacius, *tum quem ex familia.* 83 De qua in *l.* 96. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 4. §. 17. *ff. de fideic. libertat.* 84 V. *tit. ff. unde liberi.* 85 V. *tit.* 11. *ff. unde cognati.*

datur parentibus & liberis intra [1] annum, ex quo petere potuerunt: cæteris intra centum [2] dies. §. 11. Qui omnes intra id tempus si [3] non petierint, ad bonorum possessionem sequens gradus admittitur: perinde ac si superiores non essent. Idque per septem gradus fit.

§. 12. Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio Prætoris. Ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est: in quibus heredes esse finguntur. §. 13. Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re. Cum re [4], si is qui accepit, cum effectu bona retineat: sine re, quum alius jure civili evincere hereditatem possit: velut si suus heres intestato sit [5]. Bonorum possessio sine re est, quum suus heres evincere hereditatem jure legitimo possit.

TIT. XXIX.
DE BONIS [6] LIBERTORUM.

§. 1. Civis [7] Romani liberti hereditatem lex duodecim Tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ideoque sive testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu intestato, & suus heres ei sit, quamvis non naturalis, sed uxor puta quæ in manu fuit, vel adoptivus filius: lex patrono nihil præstat. Sed ex edicto Prætoris si testamento facto libertus moriatur, aut [8] ut nihil, aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat: contra tabulas testamenti, partis dimidiæ bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat, sive intestato decedat, & uxorem forte in manum, vel adoptivum filium relinquat, æque partis mediæ bonorum possessio contra suos heredes patrono datur. §. 2. In bonis liberta patrono nihil juris ex edicto datur. Itaque si intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet. §. 3. Licet [9] liberi sint libertæ, quoniam non sunt sui heredes matri, obstat [10] patrono lex Papia Poppea. Postea libertas quatuor liberorum jure tutela patronorum liberavit, & cum intulerit, jam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit ut pro numero liberorum libertæ superstitum virilis pars patrono debeatur. §. 4. Liberi patroni virilis sexus, eadem jura in bonis libertorum parentum suorum habent, quæ & ipse patronus. Fœminæ vero, ex lege quidem XII. Tabularum perinde jus habent, atque masculi patronorum liberi. §. 5. Contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturalis [11] bonorum possessio eis non competit. Sed si jus trium liberorum habuerunt, etiam hæc jura ex lege Papia Poppea nancisciuntur. §. 6. Patronæ ex bonis libertorum illud jus tantum habent, quod lex XII. Tabularum introduxit. Sed postea lex Papia patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ [12], libertinæ tribus, id juris dedit quod patronus habet ex edicto. §. 7. Item liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit, quod ipsi patrono [13] tribuit.

1 §. 4. *Inst. de bonor. possess. l.* 1. §. 12. *ff. de successor. edicto. l.* 2. *C. qui admitti ad bonor.* 2 *l.* 3. *ff. unde cognati; l.* 1. §. 9. *ff. de successor. edicto.* 3 §. 5. *Inst. de bonor. possession.* 4 *Alias dixi de ea re.* 5 Sit, bonorum &c.
6 V. *L.* 3. *Inst.* 8. 7 In Latino fecus. §. 4. *Inst. de success. libertor.* 8 Et aut nihil &c. 9 Nam licet. 10 Nec obstat. 11 Naturales. 12 Oneratæ §. 3. *Inst. de Senatusconsulto Tertyll.* Theophilus dicit κτα-ν-ε-χόντων. 13 Patronæ.

JULII PAULI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
AD FILIUM,
LIBRI V.
LIBER PRIMUS.

TIT. I.
DE PACTIS ET CONVENTIONIBUS [1].

§. 1. De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere [2] licet: Ex his enim pacti obligatio [3] solummodo nascitur. §. 2. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur [4], licet pariat exceptionem. §. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subjici solet [5], sed consultius est huic pœnam quoque subjungere: quia rescisso quoquo modo pacto, pœna ex stipulatu repeti potest. §. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci [6] possumus.

§. 5. De rebus litigiosis & convenire & transigere possumus. Post rem judicatam pactum nisi donationis causa interponatur [7], servari non oportet.

TIT. II.
DE COGNITORIBUS [8].

§. 1. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus [9] adversariis. §. 2. Fœminæ in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur [10]. §. 3. In rem suam cognitor, procuratore ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. §. 4. Actio judicati non solum in dominum, aut domino, sed etiam heredi, & in heredem datur [11].

TIT. III.
DE PROCURATORIBUS.

§. 1. Mandari potest procuratio præsentibus, & nudis verbis [12] & per literas, & per nuntium, & apud acta præsidis & magistratus. §. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur [13].

TIT. IV.
DE NEGOTIIS GESTIS.

§. 1. Qui negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam [14] rebus ejus, pro quo intervenit, præstare debet. §. 2. Tutor post finitam tutelam si in administratione duxerit, actione negotiorum gestorum pupillo, vel curatori ejus tenebitur [15]. §. 3. Si pecuniæ quis negotium gerat usuras quoque totius temporis [16] præstare cogitur, & periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint. Hoc enim in bonæ fidei judiciis servari convenit. §. 4. Mater, quæ filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum [17], & ipsis, & eorum tutoribus tenebitur. §. 5. Filiusfamilias aut servus, si negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur [18]. §. 6. Si pater vel dominus filiofamilias, vel servo aliena negotia agenda commiserit, in solidum tenebitur. §. 7. Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione [19] a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur. §. 8. Qui cum tutor, curatore non esset, si pro tutore, curatoreve res pupilli, adultive administraverit, actione negotiorum gestorum [20] pro tutore, curatoreve tenebitur.

TIT. V.
DE CALUMNIATORIBUS.

§. 1. Calumniosus est, qui sciens, prudensque per fraudem negotium alicui comparat. §. 2. Et in privatis, & in publicis judiciis omnes calumniosi extra ordinem [21] pro qualitate admissi plectuntur.

TIT. VI.
DE REIS INSTITUTIS [22].

§. 1. De his criminibus, quibus quis absolutus est, ab eo qui accusavit, refricari accusatio non potest [23]. §. 2. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est [24]. §. 3. Crimen, in quo alius delitit, vel victus recessit, alius objicere non prohibetur.

1 In quibusdam veteribus legitur, *De pactis & conventis*, vid. Cujac. *Observ.* l. 2. c. 15. Dicimus etiam pacta & condicta, pactum & conditionem, item pactum & consensum, *l.* 2. *C. quand. liv. ab empt. disc.* 2 Est sensus, ut qua de re licet transigere, liceat & pacisci. contra. *l.* 18. *C. de transact.* l. 10. *C. ad l. Jul. de adult.* scil. de re litigiosa: nam rei non litigiosæ pacti quidem verbum convenit, transactionis non item. 3 Naturalis videlicet, quæ exceptionem parit. 4 Non iplo jure, sed per replicationem. *L.* 27. §. 2. *ff. de pactis.* 5 Hic enim actio tollitur. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 15. *C. de transact.* Consultius est etiam addere pœnalem stipulationem. *l.* 20. *l.* 21. *C. de transact. l.* 16. *ff. eod. l.* 15. *ff. eod.* 6 *l.* 6. *C. de pact. l.* 7. §. *ult pr. eod. ff. de pactis. l.* 52. §. 2. *ff. de pact. l.* 95. §. 4. *ff. de solut.* 7 Decidendi causa non possumus, nisi si his adhuc subesse potest. *l.* 23. *ff. de condict. indeb. l.* 32. *C. de transact.*
8 Procurator agit absente, Cognitor præsente litigatore. *l. si lite. C. Th. de cogn. & procur.* maxime in causa fiatus, pro defentore ejus, qui patitur controversiam, an fit ex civibus. Alexanus *in* 3. *Ver.* Justiniani tempore subiati sent cognitores: ideoque ab his locis, quos ex juris auctoribus sumpsit postium cognitoris nomen semper exemit, ut conjicere liet ex *l.* 38. §. 8. *ff. de pæn.* collata cum sententia Pauli *lib.* 5. *tit.* 25.
9 *l.* 7. *ff. de pubul. l.* 8. §. 2. *ff. de procur.* 10 Pro certis personis nec postulare, nec cognitores fieri possunt, ac ne pro parentibus quidem sine decreto. *l.* 41. *ff. de procur.*
11 In procuratore, & defensore idem juris est. *l.* 23. *in fin. ff. de procurat.* quasi defensor, non versus defensor est. *l.* 40. §. *fed & fi. l.* 61. *ff. eod.* proinde in eo huic sententiæ locus non est.
12 Non solennibus. §. 1. *Inst. de his per quos ag. poss.* 13 *l.* 1. §. 1. *ff. de procur.*
14 *l.* 20. *C. de neg. gest. l.* 24. *C. de usur.* Interdum dolum duntaxat. *l.* 3. §. *interdum. ff. de neg. gest.* Interdum etiam casum *l.* 11. *ff. eod.* 15 Quod ita procedit, si pupilli actus tutelæ officio connexus non sit: aliquin tutelæ actio sufficit. Item si post pubertatem nullo tempore administrationem intermiserit: aliique in utraque actio necessaria est. *l.* 13. *ff.* 14. *ff. de tutel. & rat. distr.* 16 *l.* 24. *C. de usur.* ait, *totius temporis*, quod a Tribuniano præteremissum est in *l.* 37. §. 1. *ff. de neg. gest.* 17 *l.* 24. *C. de usur. l.* 32. §. *ult. ff. de negot. gest.* 18 *l.* 14. *ff. de neg. gest.* 19 Id est, pure & præsite, quod a Tribuniano præteremissum est in *l.* 37. §. *ultim. ff. de negot. gest. ff. de minor. l.* 32. §. 4. *ff. de condict. indeb. l.* 32. *C. de transact.* 20 Actio pro tutela, diversa est ab actione negot. gesthorum. *l.* 1. §. *fi quis quasi. ff. de eo qui pro tut. l. penult. ff. de tut. & rat. distr.* eam tamen imitatur. *l.* 4. *C. qui dar. tut. vel cur. poss.*
21 *l.* 3. *ff. ad SC. Turp.* Ubi fic legitur, *& in privatis & in extraordinariis criminibus*; & ita prorsus existimo Paulum scripsisse. Nam in publicis judiciis calumnia jure ordinario vindicatur. *l.* 1. §. 1. *ff. ad SC. Turp. l.* 13. *ff. de tutribus.* Hodie tamen omnia crimina extra ordinem puniuntur. *l.* 8. *ff. de publ. jud. l.* 7. §. *ult. ff. ad leg. Jul. rep. l. ultim. ff. ad l. Pub.*
22 *De reis defitutis*, legendum putaverim, id est, ab accusatore desertis. Sic *de calumniatorib.* 23 *l.* 7. §. *itidem. ff. de accusat. l.* 1. *C. Theod. de calumniatorib.*
24 § 7. §. *itidem. ff. de accusat. l.* 3. *ff. de praevar. l.* 4. *ff. ad leg. Jul. de adult.*

TIT. VII.
DE INTEGRI RESTITUTIONE.

§. 1. Integri restitutio est redintegrandæ rei, vel causæ actio [1]. §. 2. Integri restitutionem prætor tribuit ex his causis, quæ per metum, dolum, & status permutationem [2], & justum errorem [3], & absentiam necessariam, & infirmitatem ætatis gesta esse dicuntur. §. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda, ideoque causa cognita [4] decernitur. §. 4. Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam [5]. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur. In personam aut quadrupli pœna intra annum, vel simpli post annum peti potest. §. 5. Si aliquis ut se de vi latronum, vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit, vel promisit, ad metum non pertinet [6]: mercedem enim depulsi metus tribuit. §. 6. Servus per metum mancipatus, quidquid adquisierit [7], vel stipulatus sit, ei adquirit, qui vim passus est. §. 7. Vis est major rei impetus [8], qui repelli non potest. §. 8. Qui quem domo inclusit, ut sibi rem manciparet, aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur [9]. §. 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet, vel venderet, vim intulisse videtur. §. 10. Qui in carcerem quem detrusit [10], ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

TIT. VIII.
DE DOLO MALO.

§. 1. Dolus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur [11]. §. 2. Si qui dolum, aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi & dolo actione tenetur [12].

TIT. IX.
DE MINORIBUS XXV. ANNORUM.

§. 1. Minor XXV. annorum, si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet, ob hoc in integrum restitui non potest [13]. §. 2. Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex ejus persona in integrum restitui non potest [14], nisi minor sua sponte negotiis ejus intervenerit. §. 3. Si major effectus res, quas minor egit, facto [15], vel silentio [16] comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat. §. 4. Si minor minori heres existat, heres ex sua persona [17], non ex defuncti, in integrum restitui potest. §. 5. Minor se in his, quæ fidejussit, vel fide promisit, vel spopondit, vel mandavit in integrum restituendo, reum principalem non liberat [18]. §. 6. Qui sciens [19] prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. §. 7. Minor adversus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto, fundum recipere potest. Fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit [20]. §. 8. Minor adversus distractiones eorum pignorum, & fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractæ sint [21], restitui in integrum potest.

TIT. X.
DE PLUS PETENDO.

Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, aut qualitate. Loco, si alibi: summa, si plus [22], quam damus, petimus: tempore, petendo ante tempus: qualitate, ejusdem speciei rem meliorem postulantes.

TIT. XI.
DE SATISDANDO.

§. 1. Quotiens hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: & si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur. Si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet [23]. In pari enim causa potior est possessor. §. 2. Usufructuarius de utendo usufructu satisdare debet, perinde se usurum, ac si ipse paterfamilias uteretur [24].

TIT. XII.
DE JUDICIIS OMNIBUS.

§. 1. Hi qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur [25]. §. 2. Ex his, qui ancillam corruperit alienam, aliam reformare cogendus est [26]. §. 3. Qui falsum nesciens allegavit, falli pœna non tenetur [27]. §. 4. In caput domini, patronive, nec servus, nec libertus interrogari potest [28]. §. 5. Prægnantes neque torqueri, neque damnari, nisi post editum partum possunt [29]. §. 6. Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur [30]. §. 7. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit [31].

TIT. XIII.
DE JUDICATO.

§. 1. Qui exhibiturum se aliquem judicio caverit, mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur [32]. §. 2. Filiusfamilias justu patris manumittere potest [33], matris non potest [34]. §. 3. Is, qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi causa turbaverit, extra ordinem [35] punietur. §. 4. Si id, quod emptum est, neque traditur, neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat, aut mancipet [36]. §. 5. Deteriorem servum facit, qui fugam fusaverit, qui furtum, & qui mores [37] corpusve corruperit. §. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ [38] tenetur. §. 7. In petitione hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea, quæ post mortem, ante aditam hereditatem [39] ex ea adquisita sunt. §. 8. Possessor hereditatis pretia earum rerum, quas dolo alienavit [40], cum usuris præstare cogendus est. §. 9. Rerum ex hereditate alienatarum æstimatio in arbitrio petitoris [41] consistit. §. 10. Petitio hereditatis, cujus defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur [42].

TIT. XIV.
DE VIA PUBLICA.

Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem ejus solus compellitur [43].

TIT. XV.
SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT.

§. 1. Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta [44] sit, in dominum actio datur, ut aut damni æstimationem subeat [45] aut quadrupedem dedat, quod etiam lege Pesulania [46] de cane cavetur. §. 2. Feram bestiam in ea parte, qua populi iter est, colligari prætor prohibet. Et ideo sive ab ipsa, sive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit, pro modo admissi extra ordinem [47] actio in dominum, vel custodem datur: maxime si ex eo homo perierit, vel fuerit læsus. §. 3. Ei, qui irritatu suo feram bestiam, vel quamcumque aliam quadrupedem in se proritaverit [48], eoque damnum dederit, neque in ejus dominum, neque in custodem actio datur.

TIT. XVI.
DE FINIUM REGUNDORUM.

In eum, qui per vim terminos dejecerit, vel amoverit, extra ordinem animadvertitur [49].

TIT. XVII.
DE SERVITUTIBUS.

§. 1. Viam, iter, actum, aquæductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur. Nec enim ea usucapi possunt, quæ non utendo amittuntur [50]. §. 2. Servitus hauriendæ, vel deducendæ aquæ biennio omissa intercidit [51], & biennio usurpata recipitur.

TIT. XVIII.
DE FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.

Arbiter familiæ ercisciundæ plus, quam semel dari non potest: & ideo de his, quæ divisa eo judicio non sunt, communi dividundo [52] arbiter postulatus partiretur.

TIT. XIX.
QUEMADMODUM ACTIONES PER INFICIATIONEM DUPLENTUR.

§. 1. Quædam actiones, si a reo inficientur, duplantur [53], velut judicati depensi [54], legati per damnationem relicti, damni injuria legis Aquiliæ, item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est. §. 2. Ex his causis, quæ inficiatione duplantur, pacto decidi non potest [55].

1 *l.* 2. *C. in quib. caus. in integr. rest. necessar. non est.* 2 *l.* 2. *ff. de in integrum restit.* videlicet, si minima fuerit capitis minutio. *l.* 2. *ff. eodem.* 3 Exemplum est in §. 33. *Inst. de actionibus.* 4 Præsente adversario. *l.* 33. *ff. de in integr. rest. l.* 6. *C. de in integr. restit. l. ult. C. si sep. in int. rest. post.* 5 *l.* 9. §. *volenti.* §. *licet tamen. l.* 21. §. *ult. ff. quod met. caus. gest. es. l.* 5. *C. eod. tit. l.* 13. §. *interdum. ff. de minor.* 6 *l.* 9. §. *fed licet. ff. quod met. caus. gest. erit.* 7 In hac actione partus veniunt, fœtus, fructus, omnis causa. *l.* 12. *ff. quod met. caus. gest. erit.* 8 Malim, *Majoris rei impetus*, ut in *l.* 5. *ff. quod met. caus. gest. es.* 9 *l.* 4. *ff. de vi publ. l. ultim.* §. *si fenuerint. ff. quod met. caus. gest. erit.* 10 *l.* 5. *ff. de vi publ. l. pen. ff. quod met. caus. gest. es.*
11 *l.* 1. *ff. de dol. mal.* 12 Dominus in quantum ad eum pervenit, procurator in solidum. *l.* 14. §. *pen. ff. de dol. l.* 14. §. *Pedius. ff. quod met. caus. gest. erit.*
13 *l.* 37. §. *in delictis. ff. de minor.* In aliis omni modo denegatur. *l.* 1. *C. si. adv. delict. l.* 9. §. 2. *ff. de minor.* 14 *l.* 4. *C. l.* 23. *ff. de minor. l.* 24. *ff. eod. tit.* cujus initium est ex lib. 1. *sentent.* reliqua sunt ex Pauli *lib.* 11. *ad edictum.* 15 *l.* 9. §. 1. *ff. de minor.* 16 Silentium exiginus quatuor annorum: vel si quid alienatum obligatumve sit fine decreto, quinque: vel si quid donatum sit, decem inter præsentes, & 20. inter absentes: Accuri. *d.* §. 1. 17 *l.* 19. *ff. de minor. l.* 5. §. 1. *C. de temp. in integ. restit.* 18 *l.* 48. *ff. de minor.* 19 *l.* 13. *ff. de minor. l.* 7. §. *ult. ff. de except.* Aliud dicendum est, si ignorans eum minorem esse fidejussierit, *arg. l.* 48. *ff. de fideiuss.* Item si dolo creditoris minor decepius fuerit. *l.* 2. *C. de fideiuss. minor.* 20 Si fundum repetat cum fructibus, necesse est pretium ab eo reddi cum usuris, ex quibus locupletior est, omissa compensatione. *l.* 24. §. 4. *l.* 27. §. *pradium.* §. *item ex diversis. l.* 47. *in fin. ff. de minor. l.* 32. §. 4. *ff. de administ. tut.* 21 Neque adversatur *l.* 2. *C. si adv. vend. pign.* vid. *l.* 1. *C. si adv. vend. pign.*
22 §. 33. *vers. plus. & vers. hinc autem. Inst. de actionib.*
23 *l.* 6. §. *ult. ff. de Carb. edict. l.* 14. *eod. tit.* hæc est, quæ solita cautio dicitur in *l.* 1. *ff. de hered. petit.* de qua & in *l.* 15. §. *ult. ff. de quæstionib.* 24 *l.* 1. *ff. usufructu. quem. cav. l.* 4. *C. de usufr. l.* 13. §. 1. *ff. de usufr.*
25 *l.* 4. *C. ad l. Corn. de falsf.* 26 *l.* 6. *ff. ad leg. Jul. de adult. Ex his*, id est, præter eos, de quibus supra dictum est. Sed malim legere, *Is qui.* 27 *l.* 20. *C. ad leg. Cornel. de falsf.* 28 *l.* 12. *l.* 8. *C. de testimon.* 29 *l.* 18. *ff. de stat. hom. l.* 3. *ff. de pœn.* Quint. *in declam.* 277. Ælianus *lib.* 5. *var. histor. lib. de fera num. vind.* Diodorus 2. *cap.* 3. 30 *l.* 5. *C. si contra jus vel utili. publ.* 31 *l.* 16. *ff. de quæst.*
32 *l.* 4. *ff. qui satisd. cog.* fit hæc cautio apud officium vel apud acta *l.* 17. *ff. de in jus voc.* 33 *l.* 22. *ff. de manumiss.* 34 Hæc personarum differentia tollitur a Justiniano in *l.* 1. §. *ult. C. comm. de manumm.* 35 Vel jure ordinario. *l.* 7. *ff. de jurisdict.* vel pœna falsi. *l. pen. ff. ad leg. Corn. de falsf.* 36 Duo sunt modi transferendi dominii: traditio ex juris gentium, mancipatio juris civilis. *ult. ff. de fen. cer.* 37 *l.* 1. §. *pti actio. l.* 6. *ff. ad leg. Jul. de adult.* si maturam, lege Aquilia non teneur: injuriarum tenetur, ut in *tit. prox.* 39 Quæ post adiitam hereditatem, non veniunt. *l.* 19. §. 1. *l.* 16. §. 3. *l.* 36. §. 2. *ff. de petit. her.* accessiones veniunt, etiam si post aditam hereditatem accesserint. *l.* 20. §. 11. *ff. eod. tit.* 40 *l.* 20. §. 11. *ff. de petit. hered.* Scriptum sic erat, *prævenitia earum rerum*, emendavi, *pretia earum rerum.* 41 Quanti in litem petitor juraverit. *l.* 20. §. *ult. ff. de petit. hered.* 42 Idemque in petitione hereditatis de inofficioso responsum est in *l.* 6. §. *ult. ff. de inoffic. testam.*
43 *l. ult. ff. de via publ. & itin. publ. reficiend.*
44 *l.* 13. §. *ult. ff. de præscript. verb.* Nec enim sufficiebat de pauperie actio, quia pastus pecoris pauperies, aut damnum non est. 45 His actionibus continentur pecudes non bestiæ. *l.* 1. §. *in bestiis. ff. si quadr. paup. fec. dic.* non canes. *l.* 2. *ff. ad leg. Aquil.* 46 In libro Lutetiæ edito legitur *Pesolania. Solonia*, Plutarchus forsitan in Solone. 47 In qua nec edidi actilitii, nec 12. tabular. ordo servatur.
48 Si alius læsus sit, Aquilia, vel in factum is qui irritavit, tenebitur. *l.* 11. §. 5. *ff. ad l. Aquil.*
49 *l.* 1. *C. de accusat.*
50 Infinis expositumus in *l.* 4. *ff.* & 44. *ff. de usurp. & usuc.* 51 Quod uti accipiendum sit, ostendimus in *l.* 4. *ff. de usurp. & usuc.* Pro biennio, hodie decennium habemus & vicennium.
52 *l.* 20. §. 4. *ff. fam. ercisc.*
53 *l.* 23. §. 10. *ff. ad leg. Aquil. l.* 20. §. *cum prædicimus. ff. de pet. hered.* §. *ultim. Inst. de obligat. quæ quasi ex cont.* §. *ex maleficiis.* 18. *Inst. de act.* 54 Fortitan legendum est, *Judicati, depositi*: nam & actio depositi interdum inficiando creiscit. §. *fed satis.* 26. *Inst. de act.* 55 Nam adi fatetur reus, aut infiatur: si fatetur, pro judicato habetur, & ideo transigere non potest: si inficiatur, ac publica decidere velit, pro inficiatore convicto habetur, & inficiationis pœnam sustinet.